

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

ITEM EPISTOLA PAPE CALIXTI AD OMNES GALLIARVM EPISCOPOS DE
CONSPIRATIONIBVS ET RELIQVIS CAVSIS ILLICTIS NEFIANT.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

Doctorem enim catholicum & precipue domini sacerdotem sicut nullo errore implicari ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari, dicente quippe scriptura sancta. post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere, multis huius mundi illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut vere continentie obtineatur integritas. Cuius prima est labes superbia, initium transgressionis, & origo peccati, quoniam mens sponte auda nec abstinere nouit, nec pietati adhibere consensus. Nullus bonorum inimicum habet nisi malum. Qui ideo esse permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. Quicquid ergo irreprehensibile est catholica defendit ecclesia. Nulli imperatori vel cuiquam pietatem custodienti licet aliquid contra mandata diuina presumere. Iniustum ergo iudicium & diffinitio iniusta regio metu aut iussu: aut cuiuscunque episcopi aut potestis a iudicibus ordinata vel actum non valeat. homini religioso parum esse debet inimicitias aliorum non exercere vel non augere male loquendo nisi etiam eas extinguere bene loquendo studuerit. Melior est in malis factis humilis confessio quam in bonis superba glorificatio. Omnes vero qui amant vitam beatam, malunt eam tranquillitatis sue & iusticie statu currere quam nostrorum peccatorum penis vlticibus interpolari. Memor enim sum me sub illius nomine ecclesie presidere cuius a domino iesu christo est gloria confessio & cuius fides omnes semper destruit errores. Et intelligo aliter michi non licere quam ut omnes conatus meos ei cause in qua vniuersalis ecclesie salus infestatur impedam. Spero autem affuturam misericordiam dei quod cooperante eius demerita omnis pestifer morbus ipso pellente auferatur. Et quicquid ipso inspirante atque auxiliante poterit salubriter fieri cum tue fidei, & deuotionis laude peragatur, quoniam res omnes aliter tute esse non possunt, nisi que ad diuini numeris famulatum pertinet, sacerdotalis defendat auctoritas. Data. xi. kalen. Decembris Anthonio & Alexandro consul.

ITEM EPISTOLA PAPE CALIXTI AD OMNES GALLIARVM EPISCOPOS DE CON- SPIRATIONIBVS ET RELIQVIS CAVSIS ILLICITIS NE FIANT.



CONLECTISSIMIS FRATRIBVS PER GALLIAS
constitutis vniuersis episcopis calixtus. Plurimorum relatu comperimus, dile-
ctionem vestram feruore spiritus sancti ita ecclesie gubernacula firmiter contra
impetus tenere & regere, ut naufragia aut naufragiorum detrimeta deo aucto
re non sentiat. Talibus igitur gloriantes indicis Rogamus ne in illis partibus
contra statuta apostolica quicquam fieri sinatis, sed nostra fulti auctoritate nociua
compescite, illicita prohibete. Conspirationum vero crimina vestris in partibus
vigere audiimus, & plebes contra episcopos suos conspirare nobis mandatum est. Cuius criminis
astutia non solum inter christianos abominabilis est, sed etiam inter ethnicos & ab exteris legibus phi-
bita. Et ideo huius criminis reos non solum ecclesiastice, sed etiam seculi damnant leges, & non so-
lum conspirantes, sed etiam consentientes eis. Antecessores vero nostri cum plurima turba episcoporum
quicunque eorum in sacerdotali honore sunt positi aut existunt clerici, honore quo utuntur cadere pre-
ceperunt. Ceteros vero communione priuari & ab ecclesia extorres fieri iusserunt, omnesque simul vtri-
usque ordinis viros infames esse censuerunt & non solum facientes, sed & eis consentientes. Iustum est enim
ut qui diuina continent mandata, & in obediens patrum existunt iussionibus, seuerioribus corri-
gantur vindictis, quatinus ceteri timorem habeant talia committere, & deus gaudeat fraternitate ac
concordia, & cuncti sumant seueritatis atque bonitatis exemplum. Nam (si quid absit) ecclesiastica sollicitudinem
vigoremque negligimus, perdit desideria disciplinam & animabus fidelium profecto nocebitur. Hi vero
in nullius accusatione sunt recipiendi, nec eorum vel anathematum vox ulli nocere vel accusare potest.
Excommunicatos quoque a sacerdotibus nullus recipiat ante vtriusque partis iustam examinationem, nec
cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo, communicet, nec aue eis dicat. Quia quicumque in his
vel in aliis prohibitis scienter excommunicatis communicauerit iuxta apostolorum institutionem, & ipse si-
militer excommunicationi subiacebit. Ab his ergo clerici & laici se abstineant qui eadem pati noluerint.
Infidelibus quoque nolite coniungi, nec cum eis ullam participationem habere. Talia vero agentes non
fideles, sed infideles iudicantur, unde ait apostolus. Que pars fidei cum infidei, aut que participatio
iustitie cum iniquitate. Nemo quoque alterius terminos usurpet, nec alterius parrochianum iudica-

re, aut excommunicare presumpserit, quia talis iudicatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit, quoniam nullus alterius iudicis nisi sui sententia tenebitur, aut damnabitur, unde & dominus loquitur dicens. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Nullus autem primas vel metropolitanus diocesani ecclesiam vel parochianum aut alium quem de eius parochia presumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid agere absque eius consilio vel iudicio, sed hoc obseruet, quod ab apostolis ac patribus & predecessoribus nostris est statutum, & a nobis confirmatum, id est si quis metropolitanus episcopus nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parochiam sine consilio ac voluntate omnium comprouincialium episcoporum extra aliquid agere temptauerit gradus sui periculo subiacebit, & quod egerit irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de prouincialium coepiscoporum causis eorumque ecclesiarum & clericorum, atque secularium necessitatibus agere, aut disponere, necesse fuerit, hoc cum omnium consensu prouincialium agatur pontificum, nec aliquo dominationis fastu, sed humillima & concordie administratione sicut dominus ait, non veni ministrari sed ministrare, & alibi. Qui maior est vestrum erit minister vester. & rel. Similiter ipsi comprouinciales episcopi cum eis consilio nisi quantum ad proprias pertinet parochias agant iuxta sanctorum constituta patrum, qui quauis aliquo temporum intervallo nos antecesserint, ab uno tamen eodemque puritatis fonte veritatis & dei lumen hausuerunt, & eodem illustratore & directore spiritu ecclesie dei stabilimentum & omnium christianorum commune quesierunt vtilitate ut vno aio, vno ore concorditer sancta glorificetur trinitas in secula. ¶ Nullus primas, nullus metropolitanus, nullusque reliquorum episcoporum alterius adeat ciuitatem, aut ad possessionem accedat que ad eum non pertinet, & alterius episcopi est parochie super cuiusquam dispositione nisi vocatus ab eo cuius iuris esse dinoscitur, aut quicquid ibi disponat vel ordinet aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter presumpserit damnabitur. Et non solum ille sed cooperatores eius consentientes, quia sicut ordinatio ita eis & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, qualiter iudicabit? Nullatenus proculdubio iudicabit aut iudicare poterit, quoniam sicut alterius vxor, nec adulterari ab aliquo vel iudicari aut disponi nisi a proprio viro eo viuente permittitur, sic nec vxor episcopi que eius ecclesie vel parochie indubitanter intelligitur eo viuente absque eius iudicio & voluntate alteri iudicare vel disponere aut eius concubitu frui, id est ordinatione nullatenus conceditur, unde ait apostolus. Alligata est vxor legi quod diu vir eius viuunt, eo vero defuncto, soluta est a lege viri. Similiter & sponsa episcopi (quia sponsa vxor eius dicitur ecclesia) illo viuente ei est alligata. Eo vero defuncto soluta est, cui voluerit nubat tantum in domino, id est regulariter. Si enim eo viuente alteri nupserit adultera iudicabitur. Similiter & ille si alteram sponte duxerit adulter estimabitur & communione priuabitur. Si autem persecutus fuerit in sua ecclesia fugiendum illi est ad alteram eiusque associandum discite domino. Si persecuti vos fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Si autem vtilitatis causa fuerit mutandus non per se hoc agat sed fratribus inuitantibus & auctoritate huius sancte sedis faciat, non ambitus causa, sed vtilitatis. ¶ Coniunctiones autem consanguineorum, fieri prohibe, quando has & diuine & seculi prohibent leges. Leges ergo diuine hec agentes & eos qui ex eis prodeunt non solum eiiciunt, sed & maledictos appellant. Leges ergo seculi infames tales vocant, & ab hereditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros, & eorum veltigiis inherentes infamia eos notamus & infames esse censemus, quia infamie maculis sunt aspersi. Nec eos viros vel accusatores quos leges seculi reiciunt suscipere debemus. Quis enim dubitat leges humanas rationi & honestati non repugnantes esse amplectendas, presertim ubi vel publice consulunt vtilitati, vel ecclesiastice dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur. Eos autem consanguineos diximus quos & diuine imperatorum, ac Romanorum, atque grecorum leges consanguineos appellant, & in hereditate suscipiunt, nec repellere possunt. Talium enim coniunctiones, nec legitime sunt nec manere possunt, sed sunt repellende, & si que ausu temerario tentate sint auctoritate apostolica rescindende veniunt. Quisquis ergo qui non est legitime coniunctus vel absque dotali titulo ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes vel legitime coniunctos criminarum vel in eos testificari minime potest, quoniam omnis incesti macula pollutus infamis est, & accusare supradictos non permittitur, non solum ergo hi reiciendi sunt & infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes. Similiter de raptoribus vel eis qui seniores impetunt hiericem. Hos ergo seculi leges interficiunt, sed nos misericordia preeunte sub infamie nota ad penitentiam recipimus, ipsam quoque infamiam qua sunt aspersi delere non possumus, sed animas eorum per penitentiam publicam, & ecclesie satisfactionem sanare cupimus, quia manifesta peccata non sunt occulta correctione

ctione purganda. Omnes ergo qui in recta fide suspecti sunt in accusatione sacerdotū & eorū super quorū fide non hesitatur minime recipiatur, & in testimonio humano dubii habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocē de quorum fide dubitatur, nec eis omnino esse credendum qui rectā fidem ignorant. Querendum est ergo in iudicio cuius sit conuersationis & fidei is qui accusat, & is qui accusatur, quoniam hi qui non sunt recte conuersationis ac fidei, & quorū vita est accusabilis non permittuntur maiores natu accusare, nec quorū fides, vita, & libertas nescitur, neq; viles persone in eorū recipiuntur accusationē. Rīmāde vero sunt enucleatim persone accusatorū; que sine scripto difficile, per scriptum autē nūq; recipiatur, quia per scripturā nullus accusare vel accusari potest, sed propria voce & presente eo quē accusare voluerit, iuam quisq; agat accusationem, nec absente eo quē accusare voluerit quicunq; accusator credatur. Similiter testes per quācunq; scripturā testimoniū non pferant sed presentes de his que viderunt & nouerunt veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis vel negotiis dicant testimoniū, nisi de his que sub presentia eorum acta esse noscuntur. Accusatores vero consanguinei aduersus extraneos testimonium non dicant, nec familiares vel de domo prodeuntes, sed si voluerint & inuicē consenserint inter se parentes tātummodo testificatur, & non in alios. Nec accusatores vel testes suspecti recipiatur, quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire solet, amor carnalis & timor atq; auaritia plerūq; sensus hebetat humanos, & peruertūt opiniones, vt questum pietatem putent, & pecuniā quasi mercedem prudentie.

A Nemo enim in dolo loquatut ad proximum suum, touea alta est os maliuoli, innocēs dum credit facile cito labitur. Sed iste lapsus surgit, & tergiuersator suis artibus precipitatur, vnde nunq; exiliatur atq; euadat. Ponderet ergo vnusquisq; sermones suos, & quod sibi loqui non vult alteri non loquatur, vnde bene sacra ait scriptura. Quod tibi non vis fieri alteri ne facias. Nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus, nec precipitemus consilia & opera nostra, neq; ordinem corrumpamus. Sed si aliquis lapsus quocūq; modo fuerit nō perdamus eū, sed fraterno corripiam⁹ affectu sicut ait beatus apostolus. Si preoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum ne & tu tenteris, alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem christi. Porro sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit penitentiam, & tamen in honore permansit. Beatus quoq; petrus amarissimas lachrimas fudit quādo dominum negasset penituit, sed tamen apostolus permansit. Et dominus per prophetā peccatibus pollicetur dicens, peccator in quacunq; die conuersus ingemuerit omniū iniquitatum illius non recordabor amplius. **B** Errāt enim qui putant sacerdotes post lapsum si condignā egerint penitentiam dñō ministrare nō posse & suis honoribus frui. Si bonam deinceps vitam duxerint & suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi qui hoc putant non solum errant, sed etiam cōtra traditas ecclesie clauēs disputare & agere videntur de quibus dictum est. Quēcūq; solueritis in terra, erunt soluta & in celo, alioquin hec sententia aut domini non est aut vera. Nos vero indubitanter tam dñi sacerdotes quā reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus, testante domino per prophetam. Nunquid qui cadit non adiuciet vt resurgat, & qui auersus est non reuertetur. Et alibi, nolo inquit dominus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Et propheta Dauid penitentiam agens dixit. Redde michi leticiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Ipse nāq; post penitentiam & alios docuit, & sacrificium deo obtulit, dans exemplum doctoribus sancte ecclesie si lapsi fuerint, & condignā penitentiā deo gesserint vtrumq; facere possē. Docuit enim quando dixit, doceam iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur. Et sacrificium deo pro se obtulit dum dicebat. Sacrificium deo spiritus contribulatus, videns enim propheta scelera sua mundata per penitentiam, non dubitauit predicando, & domino libando curare aliena. Lachrimarum ergo effusio mouet animi passionem. Satisfactione autem impleta auertitur animus ab ira. Qui enim non ignoscit alteri quomodo sibi putat subueniri. Superabundant ergo peccata, superabundet & misericordia. Quoniā apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio, penes enim dominū omnium abundantia est, quia dominus virtutū ipse est rex glorie, ait enim apostolus. Omnes peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem que est in christo Iesu, quē pposuit deus propiciatōrē per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iusticie sue propter remissionem precedentium delictorum in sustentationem dei ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu christi. Dauid enim dicit, Beati quorum remisse sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Mun

atur ergo homo a peccato, & resurgit gratia dei lapsus, & i pristino manet officio iuxta p̄dictas auctoritates, videat ne ampli⁹ peccet vt sententia euangelii maneat in eo, vade & amplius noli peccare, vnde ait apostolus. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediat concupiscentiis eius, sed neq; exhibeatis mēbra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos tāq; ex mortuis viuētes & membra vestra arma iusticie deo. Peccatū enim vobis non dominabitur. Non enim sub lege estis sed sub gratia. Quid ergo peccabimus quoniā non sumus sub lege sed sub gratia? Absit. Nescitis quoniā cui exhibetis vos seruos ad obediēdū serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam. Gratias autem deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde i eā formā doctrine in qua traditi estis. Liberati autē a peccato serui autē facti estis iustitie, huiusmodi dico. Maius enim peccatum est iudicantis quā eius qui iudicatur. Existimas (inquit apostolus) O homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea; quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & paciētie & longanimitatis contemnīs? Ignoras quoniā benignitas dei ad penitentiam te adduxit? Secundū duriciā autē tuā & impenitens cor thesaurisas tibi irā in die ire & reuelationis iusti iudicii dei qui reddet vnicuiq; secundū opera eius. His quidē qui secundum paciētiā boni operis gloriā & honorē, & incorruptionē querētib⁹ vitam eternam. His autē qui ex contētionē, & qui nō acquiescunt veritati credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia, in omnē animā hominis operantis malū iudei primū & greci. Gloria autē & honor, & pax omni operanti bonum. Sentētiā fratres que misericordiā vetat nō solum tenere, sed & audire refugite, quia potior est misericordia omnibus holocaustis & sacrificiis. Consultis vestris breuiter respondimus, quia oppressos nimis & preoccupatos aliis iudiciis littere nos inuenire vestre. Data. viii. idus Octobris Antonio, & Alexandro consul.

INCIPIVNT DECRETA VRBANI PAPE DE COMMUNI VITA ET OBLATIONE FIDELIUM.

ARBANVS EPISCOPVS OMNIBVS CHRISTIANIS in sanctificationem spiritus inobediētiā & asperionē sanguinis domini nostri Iesu christi salutē. Decet omnes christianos charissimī, vt eum imitētur cui⁹ nomen sortiti sunt. Quid prodest fratres mei (apostolus Iacobus ait) si fidem quis dicat se habere, opera autē non habeat? Nolite plures magistri fieri fratres mei, sciētes quoniā maius iudiciū sumitis, in multis enim offendimus omnes. Qui sapiens & disciplinatus inter vos, ostēdat ex bona conuersatione operam suam in mansuetudine sapientie. Scimus vos nō ignorare, quia hactenus vita cōmunis inter bonos christianos vīgit, & adhuc gratia dei viget, & maxime inter eos qui in sorte dñi sunt electi, id est clericos sicut in actibus legitur apostolorum. Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna, nec quisquā eorum que possidebat aliquid suū esse dicebat, sed erant illis oia cōmunia. Et virtute magna reddebāt apostoli testimonium resurrectionis Iesu christi. Et gratia magna erat in omnibus illis. Neq; enim quisq; egens erat inter illos, quot quot enim possessores agrorū aut domorū erāt vendētes afferēbāt precia eorum que vendebāt & ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebantur autē singulis pro vt cuiq; opus erat. Ioseph autē qui cognominat⁹ est Barnabas ab apostolis quod est interpretatum filius consolationis leuites & ciprius genere cum haberet agrum vendidit illum & attulit precium ante pedes apostolorum, & reliqua. ¶ Videntes ergo sacerdotes summi & alii atq; leuite, & reliqui fideles plus utilitatis posse afferre, si hereditates & agros quos antevēdebāt ecclesiis quibus presidebāt episcopi traderent, eo quod ex sumptibus eorum tam presentibus quā futuris temporibus plurima & elegātiora possent ministrare fidelibus cōmunē vitā ducētibus quā ex precio eorū ceperunt predia & agros quos vendere solebant matricibus ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum viuere. Ipse vero res inditiōe singularum parrochiarum episcoporū qui locū tenent apostolorum erant, & sunt vsq; adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. Et quibus episcopi & fideles dispensatores eorū omnibus cōmunem vitam diligere volentibus ministrare cū cōta necessaria debēt, pro vt melius potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur. Ipse enim res fidelium oblationes appellantur, quia domino offeruntur. Nō ergo debent in aliis vīsibus quā ecclesiasticis & predictorum